Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

voce promptuarius· ante michi·
cogitacone pingebam· Interim·
iam et ego linguam· ille articulum·
movebamus· cum subito hebreus
intervenit deferens non· pauca
volumina· que de synagoga quasi
lecturus acceperat· Et ilico· habes
inquit· quod postulaveras· Me
que dubium· et quid facerem ne
scientem· ita festinus exterruit·
ut omnibus pretermissis· ad scri
trahendum transvolarem· Quod
quidem usque ad presens facio· Ver·
quia heri· archidiacono ad me
misso· ut putas epistolam ut ego sen
cio· commentariola te expectare di
xisti brevem responsionem ad
ea desiderans· que singula· mag
norum voluminum indigeant· co
ta· yta· colec· raiaca· Duabus ques
tiunculis pretermissis· non quo
non potuerim· et ad illas aliquid
respondere· sed quod ab eloquen
tissimis viris tertulliano nostro·
et noviciano· latino sermone·
sint edite· et si novum volueri
mus afferre· lacius sit disputan
dum· Certe expecto quid place
at· Utrum ne epistolari brevitate·
sententias tibi velis digeri· aut singu
lorum libros confici· Nam et orige
nes in quarto pauli ad Roma
nos capitulo de circumcisione mag
nifice disputavit· et de mundis atque
inmundis animalibus· in leviti
co plura discernit· ut si ipse michi
invenire possem· de eius tamen
fontibus mutuarem· ut verius lo
quar· didimi de spiritu sancto librum in
manibus habeo· quem translatum
tibi cupio dedicare· ne me estimes
tantummodo dormitare· qui lecti
onem sine stilo· sompnum putas·
ante latis itaque problematibus que
epistole tue subieceras· quid michi
videretur annexui· veniam pos
tulans· et festinacionis pariter· et
moracium· festinacionis quia ad
unam lucubratiunculam dictare
voluerim· tre dierum· Tardita
tis· quia alio opere detentus· non
statim ad interrogata rescripsi·
Quid sibi vult quod in genesi
scriptum est· omnis qui occiderit
caym· septem vindictas exsolvet·
Antequam de questione dicam·
rectum videtur· ut ediciones inter
pretum singulorum cum ipso hebrai
co conferentes sermone digeram·
quo facilius· sensus scripture pos
sit intelligi· Vaio· merlo· adonai
lochen· cholorec· caim sabothaym
ioc· camo· aquila· Et dixit ei do
minus· propterea omnis qui occi
derit caym· septempliciter ulciscetur·
Symmachus· Et dixit ei dominus·
Non sic· sed omnis· qui occiderit
caym· ebdomadas· sive septimum·